2097 Gallicano et Vetere cos.[1]
VII id. Ian.[2], coh. I pr. 7[3]
Satri, Genio 7[4], missi
honesta missione VII[5]
Hibero cos.[6]
Sp. Censorius Iustus Viruno
. . . . Severus Sestino
L. Volceius . . . .
Q. Sextilius Rufus Flanona
C. Valerius Veranus Tridente
Serviano III cos.[7]
T. Annius Crispinus Cupra Mar.[8]
T. Antonius Primus Perintho.

Romae (VI 209 partem priorem descr. Rossi, alteram Henzen). — 1) *A. 130.* — 2) *7 Ian.; hic dies postea sollemnis fuit missionibus militum praetorianorum et urbanicianorum (supra N. 2007—2009 cf. 2010, infra N. 2103); reperitur etiam d. 9 Ian., a. 160 (N. 2109), d. 4 Ian., a. 130 (N. 2098); temporibus Flaviorum praetoriani missionem acceperunt mense Decembri (supra N. 1993. 1994).* — 3) *Centuria,* 4) *centuriae.* — 5) *Septem, scilicet milites quorum nomina sequuntur et qui titulum dedicaverunt.* — 6) *A. 133,* 7) *a. 134, scilicet milites facti. Apparet anno 130 missos esse praetorianos non solum qui a. 134 sed etiam eos qui anno 133 militare coeperunt. Hic titulus unus est ex eis qui docent inde a temporibus Hadriani emeritos ex cohortibus praetoriis et urbanis alternis tantum annis, eis, quae ex aerae Christianae ratione numeros habent pares, exauctoratos esse, cf. quae exposuit Bormann eph. ep. 4 p. 318.* — 8) *Cupra Maritima oppidum Piceni.*

2098 C. Marcius C. f. | Serg. Salvianus | Norba, | Genio centuriae | coh. X pr. 7 Mari Bassi | in qua militavit a. XIIX, | voto suscepto, | missus honesta missi'one pr. non. Ianuarias | Q. Fabio Catullino, M. Flavio | Apro cos.[1] | animo libens aram sua pecunia | posuit.

Romae (VI 208 vidit Henzen; plane similis est titulus VI 208 b). — 1) *A. 130.*

2099 signum Geni centuriae cum aede marmoribus exornata et ara, sua pecunia fecerunt | 7 Q. Socconius Q. f. Cru. Primus Tuder., et evocati et milites quorum nomina in ara scripta sunt. | Dedicat. kal. Iunis | imp. M. Aurelio Commodo Antonino Aug. III, L. Antistio Burro cos.[1]

2100 *(in fastigio aediculae)* Gen. 7[2], *(in epistylio)* signum Genium centuriae[3] cum aedicula et[4] marmoribus ex|ornata et aram sua pecunia fecer., 7 C. Veturius C. f. Pol. Rufinus L. R.[5], | item evocati et milites quorum nomina et medicus coh.[6] in ara et aedicul. | scripta sunt. Dedicata est kal. Mai. imp. Commodo III et Burro cos.[1]

Romae in museo Vaticano, aedicularum marmorearum epistylia, N. 2099 constat repertum esse prope castra praetoria (VI 213. 212 vidit Henzen). — 1) *A. 181.* — 2) *Genio centuriae.* — 3) Genium centuriae *male insertum,* 4) *item* et. — 5) *Lepido Regio (quae civitas tribui Polliae adscripta erat).* — 6) et medicus coh.

archive.org